

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

An liceat pacisci, cu[m] mutuatario petente mutuum, vt mutuum accipiat  
in mercibus, & an licitus sit contractus mohatra Hispanicè nu[n]cupatus, &  
an debitor ad annu[m], quia de presenti soluit, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

trum pecunia extimabile. Et quamvis ita sit tenendū cum Nauro, Sylvestro contra istos: scilicet, quod pro tali obligatione imposta vltra hoc, quod est tollēda, est aliquā latissāctio arbitrio boni viri facienda. Sed stat pro parte contraria argumentū apparēs, scilicet, quod si quis alteriad peccatum aliquod perpetrandum per aliquod tempus vim intulit, vnde præter violentiam nullum secundū est damnū temporale: satis est in hoc casu secundū sotum illam abstulisse violentiam: ergo à simili in nostro casu satis erit sine alia satisfactione illam tollere obligationem & nihil amplius: & hoc videtur insinuasse Sylvester, dum dixit talēm satisfactionem tribuendam esse pauperibus: quare, quod id sit de consilio, & non de præcepto videtur: ideo si aliquis pro hac obligatione à se imposta, nolle satisfacere, dum eam tolleret propter autoritatem tot virorum, non auderet illum dampnare.

Postremò circa hoc dixerim, quod si aliás mutuans obligansque ad molendum in suo molēdino, vel ad emendum in sua taberna pro hac imposta obligatione, aliquid de iusto sibi debito pretio æquivalenter pro hac obligatione remitteret mutuatario sic volenti, non esset vīta: quia iam non ratione mutui, sed ratiōne pretij, quod remittit, illam obligationem imponit.

**An liceat pacisci cū mutuatario petente mutuum, vt mutuum accipiat in mercibus, & an licitus sit contractus mohatra Hispanicè nūcupatus;** & an debitor ad annū, quia de presen-  
tis locis, licite minus soluat, pulchra disceptatio cum Nauro.

## C A P. LVII.

Iāsi istam materiam, quæ latissima est, prosequendo Q[uod]o[rum] r[atiōn]e  
Iqueritur: vtrū sit vīsa pacisci cum mutuatario petenti  
mutuum, vt totum mutuum, vel partem in mercibus ac-  
cipiat: & viderur quod liceat: quia licet vendere mērces  
suo pretio ad creditum, quare ergo non licebit pretium  
mercium in mutuum dare, sicut in mutuum virtuale da-  
tur, dum pretium mercium in earū vēditione expectatur?  
Pro resolutiōne igitur quæstionis sit conclusio, Merca-  
tor, qui ratione mutui, id est, quia mutuat alicui egenti  
pecunias, obligat illum ad accipiēdas mērces, quas nequi-  
bit vendere mutuatarius, aut si vendat, minori pretio

y 4 vendet;

vendet, aut nō nisi cum labore, & occupatione suæ persona vñrā committit. ¶ Idem est dicendum quando mercator merces illas, quas ratione mutui dat mutuariis, dat cum obligatione, vt postea mutuarius pro pecunia præsentí minori, quā sit pretiū quo eas comparauerat, ob reuendar. Hæc conclusio est patens: quia ratione mutui, mercator mutuans superinducit in mutuariis hanc obligationem extimabilem pretio, scilicet, accipiendo mutuum in mercibus. Quia regulariter est hoc in detrimento mutuarij, & quia inde mutuans sic reportat ex mutuo commodum temporale: quia exoneratur mercator ab onere vendendi tales merces aliis, in quo labor & tempus expenditur.

¶ Secunda conclusio, illi mercatores, seu cambiatori diuites, qui obligatione ciuili se obligaverunt regi, & reipublicæ ad mutuandum, quorū cunctæ petent, & indigerent pro ista obligatione possunt absque vñrā exigere aliquid ultra sortem. Pater, quia hæc obligatio est ciuilis & extimabilis pretio, sicut obligatio, qui fideiussor se obligat pro alio in fideiussione, & asscurator in asscuratione. Ergo sicut secundum doctores pro istis obligationibus fideiubendi, asscurandi, licet aliquid accipere: ita etiam pro obligatione mutandi, non semel, sed sepe, & quoties rex, vel res publica petierit, & indiget: quia ista obligatio non per se, sed per accidens adiungitur mutuo, sicut obligatio celebrandi per annum, per accidens adiungitur sacrificio: quare sicut ista obligatio potest vendi: ita & illa mutuandi.

¶ Tertia conclusio, quando ista obligatione ciuili aliquis regi, vel reipublicæ mutuare non est obligatus, enī si millies mutuet, non potest accipere aliquid ultra sortem, nisi sibi gratis detur, & ratione gratitudinis principaliter & non ratione mutui: patet ex diffinitione vñrā.

¶ Quarta conclusio corollaria Sotii, non excusantur à peccato vñrā mercatores, qui pacientur cum rege in indigente pecunia pro soluendo militibus, vt accipiat mutuum in mercibus, vt ex mercibus postea diueditis à ministris regis, satisfiat militibus. Pater, quia hic militæ iniquitates intuitu mutui innectuntur. Primo, quia illi mercatores exonerantur ratione mutui ab onere vendendi il-

is. Secundo, quia grauant regem, onere vendendi illas merces. ¶ Tertio, quia illæ merces in magna copia regi traditæ, si sic in magna copia venderentur, minus valeret sic nostrum venditæ, & minoris essent vendendæ, quam si minorum eas venderent. Et ipsi nihil minuunt de valore, quo minutatim eas essent vendituri, si eas non tradissent regi illi mutuando. ¶ Quartò, quia eodem pretio, quo illæ merces acceptæ sunt intuitu mutui, à rege statim tradicunt militibus pro suis stipendiis soluendis, quas cum milites necesse habeant distrahere, coguntur eas vendere preno longe minori, quo illis sunt in solutionem traditæ: quia vix inueniunt emptores, qui non minuant, vel temam pretij iusti partem.

Quinta cōclusio, qui emunt vel locant redditus episcopatu[m], v. l. beneficiorum magistratum, prouinciarum, dominiorum, tributorum, oppidorum, tributorum vendibilib[us] exactiones, & alios census regum, episcoporum, beneficiorum, & aliorum priuatorum necessitate oppressorum, multo minori iusto pretio infimo ob solutionē anticipatam vnius anni, & minori ob duorum, & minori ob trium, usurarij sunt: ita Nauarrus<sup>a</sup> & pater quia si ratione mutui palliat, id est pretij anticipati, quod dant, recipiunt maioris pretij redditus, quā sit pretiū anticipatè solutū, quod virtuale est mutuū. Sicut ecōtra qui vendunt vel locant, quæcunque locabília vel vendibilia, vt paonū, sericum, lanas, aulea, boues, vaccas, & alia pecora his, qui eis indigent ad se sustentandum, vēdunt inquit, vel locant maioris iusto pretio, rigido & summo, quod communiter de præsenti tempore vēditionis, vel locutionis inuenitur propter dilationem concessam solutionis, usurarij quoque eadem ratione sunt, & tanto majori suppicio digni, quanto plus additū de pretio, quā solutionis diēs distantiō fuerit, & magis expectanda.

At adhuc libet prædictā quæstionem magis premette, quare quid faciet mercator si aliquis indigenſ pecuniae inſtit apud ipsum petendo sibi mutuū, an potest in potenti respondere nolo, nō possum mutuare. Suppetuit mihi merces emitto illas inſto pretio præsto laborq[ue] solutionem, interim vendes eas, indeque tua necessitat[is] proprieſ. Respondetur per sextam conclusionem.

a Nauar.  
Sum. Lat.  
cap. 17. nn.  
210.

Q[uod] 2.

y 5      ¶ Sexta

¶ Sexta conclusio, si mercator bona fide indiget perentique ab eo mutuum, dixerit, nolo mutuare, non possum: sed potius emito, si vis, quas habeo merces iusto pretio, vnde eas vendens tibi subuenias interim emptabo solutionem, non videtur esse contractus & sursum. Dicitur haec conclusio fuisse Fratris Ioannis de la Peu Patet, quia hic non interuenit mutatio: sed vendere iusto pretio facta. Quare nulla interuenit & sursum palliatione, neque ex facto, neque ex intentione, vnde sic possit cere cum indigenti amico.

**Q. 3.** ¶ Sed quid si talis rogarus mutuare, cum possit mem-  
re, quia suppetit sibi vnde, malit praedictum contractum  
venditionis inire, an sit usurarius? Respondeatur, si re vera  
nullo modo velit mutuare: sed vendere, licet sit forte con-  
tra charitatē nolle mutuare, cum possit, non ideo usur-  
arius re vera erit, si iusto pretio expectata solutione mer-  
ces eas vendiderit, etiā si eas emēs statim, ut suæ indig-  
tiæ consulat, minoris vendiderit eas offerendo: qua  
merces ultro næc oblatæ, vel sub hastatione posita vi-  
lescant.

**Q. 4.** ¶ Deinde quæritur de contractu, qui mohatra dicitur  
Hispanice: an liceat mercatori merces, quas iusto pretio  
comuniter currēti de præsenti inter mercatores, videntur  
iā ad creditū, statim minoris redimere: & videtur licet,  
quia aliis tertius licet minoris emere: quia rogatur, at  
qui etiam mercator, qui vendidit, cum non sit prioris condi-  
tionis poterit emere minoris. Igitur, quia quidā hunc  
contractum omnino detestatur, alij vero illū non omni-  
no improbant, pro patefactione veritatis statuitur prima  
conclusio, talis contractus redemptionis minori pre-  
facte à mercatore, qui eas merces maiori pretio, sed iusto  
ad creditum vendidit, præsertim post factum, potest tol-  
erari cum his limitationibus, scilicet primō, quod merca-  
tor eas redimens bona intentione vendiderit sine inten-  
tione redimendi eas minori pretio: secundo, quod si se-  
cundum omnes secluso scādalo: ne cēscatur scēnatio:  
quare secundum. Mercatū requiritur causa vitandi scā-  
dalum, ut non redimat eas, nisi postquam emptor à eis  
exposuerit vnales, & nō ante: quia sic magis vitatur scā-  
dalu. Patet, quia cum iste, qui primō vendidit, iuste v-  
diderit.

diderit eas merces: (vt supponimus) quia merces non vi-  
tio oblate, sed expectantes emptores maiori possent pre-  
cio: si non sit peioris conditionis, quam alias: poterit pre-  
dicti conditionibus seruatis eas minoris emere. Sicut  
& alius tertius posset vtrum oblatas sic minoris emere,  
prout conclusio est Sylvestr. <sup>b</sup> Mercati in de con-  
tractibus contra Metinam in sua instructione, confess.

<sup>b</sup> sylvestr.  
verb. v/a-  
ra. 2. § 4.

fol. 139.

¶ Secunda conclusio, quando mercatores mala fide  
& cum intentione redimendi minoris, merces vendut ad  
creditorum, iusto etiam pretio, iniustitiae labo non videntur  
care. Et Sylvestr & Frater Ioannes à Peña sic dicitur ha-  
bili: unde cauti esse debent confessores ad deterrendum  
mercatores ab his contractibus, quia frequenter faciunt  
cum mala fide, & cum scandalo. Quare ante factum, ta-  
les contractus consulendi sunt, ne fiant. Imo quia sequi-  
tor scandalum, compellendi sunt, ne eos faciant, ita Me-  
tin. Attamen post factum obseruatis conditionibus pri-  
me conclusionis; quando bona fide, & sine obligatione  
redimendi minoris fecerunt, tolerari possunt, neque sunt  
cogendi ad restitutionem.

¶ Porro & illa questio non omnibus usquequa per-  
mititur occurrit, an qui debet centum aureos in fine anni possit  
et quod in principio anni eos soluit, demere aliquid de  
centum illis, alias in fine anni soluendis. Et videtur quod  
licet, quia statim soluit: de centum soluendis in fine anni,  
solvere tam nonaginta, Gabriel<sup>c</sup> & Caiet.<sup>d</sup> & latius D.  
Anton.<sup>e</sup> de contra Nauarrum & alios, & Armillam, ver-  
bo usura. §. 33. tenent eadem contractum illicitum esse &  
usurarium, sed Armilla codem verbo. Usura. §. 13. negati-  
verenuerat cum p[ro]p[ri]etatis Gabri. Caiet. & D. Anton. Ne-  
que satis constat quid sit dicendum.

Nam pro parte affirmativa haec militant argumen-  
ta. Primum, quia qui statim soluit debitum soluendum in  
fine anni, videtur suam commoditatem, & interesse ven-  
dere: quia hoc sibi concessum tempus ad solutionem est  
sibi commodum. Ergo potest pro hac commoditate, & iu-  
tesoluendi in fine anni, cui statim soluendo renuntiat:  
eleius partis debiti remissionem experire.

H[ab]et arguitur secundo, quia minus est habere  
actionem,

Q. 5.

<sup>c</sup> Gabr. 4.  
diss. 15. q.  
<sup>d</sup> 1. artic. 3.  
dub. 4.  
<sup>e</sup> Caietan.  
Sum. ex  
verb. v/a-  
ra. not. 2.  
<sup>f</sup> Anton.  
2. part. sic.  
1. c. 8. §. 3.  
G. 4.

*f. l. minor.* actionem, quam rem : *f.* sed creditor, cui soluendum est  
*ff. de regul.* debitum in fine anni, si est debitum, verbi gratia, centum  
iur.

aureorum : non habet centum aureos: sed actionem ad illos, quae minus valet: ergo iuste: quia remittit creditor istam actionem: debitor, qui statim soluit, potest soluer aliquid minus, quam sit debitum centum aureorum.

¶ Item tertio, quia creditor pro ista solutione sibi etia anticipata non vendit centum aureos sibi in fine anni debitos: sed ius quod habet ad illos, quod minus valet secundum Nauar. quam centum aurei. Quia hoc ius, quod in uno anno est inutile minoris valet, quam si esset statim utile: ergo si minoris valet, & creditor istud ius renuntiat, & vendit pro solutione anticipata sibi facienda in principio anni, potest debitor in hoc casu hoc ius minor redimere.

¶ In oppositum est, quia cum ratione anticipatae solutionis debitor minus soluit: usuram viderur committre, quia ratione mutui impliciti, accipit ultra sortem remissionem illius partis, sicut hic videtur contingere. ¶ Igual, quia questio est ardua, ut eam diuina ope evadare incipiamus, a clarioribus statuenter conclusiones incipiamus.

¶ Sit igitur prima conclusio in duobus his casibus, scilicet, quando debitor soluturus debitum in fine anni, et statim in principio anni facienda solutione patitur damnum emergens, aut cessat sibi verisimile lucrum, potest admonito de hoc creditore, si velit, sibi statim soluit, soluere ei aliquid minus: & secundum idem potest facere quando debitum in fine anni soluendum non erat adeo liquidum. Hae conclusio quo ad primum casum est Sylvestr. & probatur: quia iam tunc non ratione mutui impliciti, id est, anticipatae solutionis: sed ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, illius particule debiti remissionem accipit statim soluendo, sed conclusio, quoad secundum casum, est Gabrielis, Diui Antonini, Caietani, Sou, & Nauarri: & quia debitum non tam liquidum centum aureorum, ubi labor, & expensae, & incertitudo erat in eore cuperando, si lis super eo moueretur, quando non constat quod tanto iure sit debitum, non tantum valet.

¶ Sed quid si debitum tale centum aureorum est liquidum, cessatque ratio damni emergentis, aut lucri cessantis?

*g. Nauar.  
sum. Lat.  
c. 17. num.  
229.*

et debitori etiam: quia multa sibi suspetit pecunia in arte, vnde soluat. Hoc opus hic labor est. ¶ Igitur pro resolutione questionis, sit secunda conclusio in ordine ad primam iam positam, ubi debitum centum aureorum solendum in fine anni est omnino certum & liquidum. & in debitor cessat ratio damni emergentis: quia nullum damnum tale patitur, eò quod statim soluat dictum debitum, neque ex hoc cessat ei lucrum verisimiliter equiuales parti remissæ, non licite potest petere remissionem partis pro eo, quod anticipate tale debitum soluit. Hæc est Gabrielis, sancti Antonini, Cajetani, Sotii, Metinæ Complutensis.<sup>h</sup> Videlur esse fratris Ioannis à Peña: quia in quibusdam scriptis, quæ nomine eius circumferuntur, dicitur, quod in hoc conueniunt omnes, quod debitor non potest minoris redimere debitum centum aureorum in fine anni soluendum, quia anticipatè illud soluit, & soluit argumentum, quando arguitur. Tertius potest minoris illud debitum emere, ergo & iste debitor. Nam concedit antecedens non absolute: sed si sit periculum in recuperando, & negat consequentiam: quia in casu antecedenti, tertius ille non tenebatur subire illud, si quod erat periculum: debitor autem tenetur illud subire, & securè debitum suo tempore soluere.

Sed hæc conclusio est cōtra Nauarrum, & Armillam loco citato, & contra. Ioannem de Ripa citatum ab Armilla, i probatur hæc conclusio quæ est tunc, & tenet. i Armilla Primo, quia fundat potissimum, in quo fundat la. ver. vñs Nauarus suam contrariam sententiam, scilicet, quod ra. §. 33. ius, & actio ad centum, & si sint liquida, secura, & certa, minus valent quam ipsa centum, non est validum fundamentum, neque illa lex minus. ff. de regulis iuris absolute suum fundamentum confirmat: quia prædicta lex primò intelligitur, quod ius ad rem, quando est periculi recuperandi illam, nec assecuratur, minus valet si vendatur quam res ipsa,

Secundo intelligitur, quod actio ad rem minus valer quā res ipsa: quia actio regulariter soler afferre secum laborem, & expensas cum coram iudice intentatur, actio illa.

Tertio, lex illa intelligitur secundum præsumptionem

*h Metin.  
Compl. de  
restit. 4. 38.  
circa fin.*

nem hominum, quia presumunt magis valere centum presentia quam ius liquidum ad centum: quia presumunt forte periculum in recuperando illa centum, & labore intercessum. vel quia existimant unumquemque ad negotiandum, vel ad sua commoda paranda, presenti pecunia indigere, sed ex se centum presentia non valent plus quam centum futura.

¶ Nec est verum, ex sua natura loquendo, pecuniam ex se, & secundum se non sit fructifera, restante hoc Aristotele, & omnibus, quod centum aurei presentes esse sint magis utiles, quam centum futuri certi. Pater hoc primo, quia utile dicitur, quod per usum utilitatem affert: sed pecunia praesens ex sua natura non habet magis usum, quam futura pecunia: quia si usumfructum habet, non est de se, sed ratione laboris, & industrie humanae cum negotiantis. Ergo ex se pecunia non est magis utilis, vel utilitatem afferens, praesens, quam futura: ut pater, si centum aurei sint reconsueta in arca, diuitias, & abundans usque ad annum, in fine cuius sunt sibi certo absque licet soluendi alij centum: non sunt sibi ex se magis utilia neque magis valentia illa numismata centum presentia in arca, quam illa centum sibi soluenda certo in futurum.

¶ Vnde sicut Diuus Thomas ad Ducissam Brabantiam, quia vendere officia tabellionatus ex se nullam prese feri iniustitiam: ex se & obiecto vendere talia officia esse licitum affirmat, seclusis malis circumstantijs, sic in presentiarum contra Nauarum dicendum nobis est contra, scilicet quod quia centum aurei presentes ex sua natura, quia ex sua natura non fructificant, non magis utiles sunt, sic neque magis valent, quam centum aurei certi, futuri ramen. Quod si dicendum est eos magis valere id erit non ex se, sed ab extrinseca ratione damni, quod praesentibus nummis adhibita diligentia vitatur, vel ratione lucri, quod per industria cum eis negotiando inde paratur, & verisimiliter est acquirendum.

¶ Igitur eneruato iam praecepsu fundamento Nauarum probata nunc primo nostra conclusione contra ipsum, ad argumenta postea respondebimus. Pater igitur conclusio, & probatur ex supradictis, & secundo pater etiā quia ratione

ratione mutui expliciti, vel impliciti aliquod lucrum temporale velle reportare est vsura, sed qui, quia soluit debitum anticipate, minus soluit, ratione mutui impliciti, & palliari reportat lucrum temporale, id est remissionē partis debiti: ergo est vsura.

Sed dicet Nauarrus quod hic nullatenus intercedit mutuum, sed emptio qua debitor emit ius quod habet creditor ad recuperandū ab ipso centum in fine anni: sed dico quod est venditio voce tenus: sed in re est mutuum palliatum, quia sicut in emptione, vbi emptor anticipata solutione minoris emit, vt bene exemplificat Merlinus in sua iustificatione censet mutuum interuenire implicitum, quia perinde est, ac si talis emptor diceret: en tibi mutuo illam pecuniam anticipate a me solutam, scilicet certum aureos, vt reddas mihi centum & viginti pro eis quos tenui valebunt merces pro eis mihi tradendæ: ita iste minoris solvens debitum anticipate perinde facit in re, ac si diceret accipe, en: tibi mutuo nonaginta pro retentione centū aureorum quos in fine anni integrè tibi solutos eram, quia veluti lucrum denuo acquisitum censemur esse id, quod quis exbursaturus erat, & soluturus, & ei remissionē retinuit.

Sed dicet Nauarrus, quod non propter anticipatam solutionem, partis accipit remissionem: sed quia pecunia anticipata soluta, quia est præsens magis valet, sed contractus profecto, quia si sua hæc solutio esset vera iustificatio omnes vsluras ad easque vel saltem latum campum aparet quod non satis aduertit Nauarrus: quia pecunia præsens secluso damno emergenti quod per ipsam venit vitandum, aut secluso lucro cessanti, quia cum ea erat negonandum, si his (in quam) seclusis magis valet, quia est præsens, quam futura. sequitur quod omnes emptiones mercium minori pretio factæ vbi anticipata fit solutio non hoc vslurariæ a parte rei, sed ista ratione Nauarri possit iustificari. Quod horret auditus audire, & tamē quod ei eius ratione sic sequatur patet. Quia in omnibus his emptionibus minoris pretij, soluitur pecunia anticipata præsens, quæ præsentialiter datur, & numeratur. potest ergo dicere sic emptor, quia secundum Nauarrum pecunia præsens magis valet, quæ futura: En tibi do pecuniam præsentem

præsentem, id est centum aureos. Igitur quia plus hic  
tum aurei valēt quam centum aurei futuri, dabis mihi  
futurum pro eis merces valituras cētum, & aliquid plū,  
vel dabis (quod idem est) centum in mercibus, & quā  
illī cētum in mercibus sunt futuri: & ideo non tantum  
valent sicut centum aurei præsentes quos tibi nunc mā-  
do: dabis mihi amplius aliquid siue in pecunia siue in  
mercibus: nec enim facio tibi iniuriam, si pro re plus v-  
lenti, id est pro pecunia præsenti plus valenti, quam fu-  
tura, peto à te aliquid plus, quam pecunia futura, au-  
merces ei æquivalentes valeant, vides in quos anfractus  
transuersos agere possit cupidos sententia Nauarr.

¶ Imò eius ratio etiā in formali mutuo fucaret vlo-  
ram ne tam deformis appareret, quia posset dicere mu-  
tuans etiam extra casum damni emergentis, & lucredi-  
santis, en accipe tibi mutuo centum aureos, & quia ian-  
rei sunt præsentes, valent magis quam centum futuri a  
te mihi ad annū in futurū soluendi. Ideo solues mihi cen-  
tum: & aliquid amplius. Puto pugnauimus contra Nau-  
rum, & expugnabimus: quia rationes à nobis contra ip-  
sum adductae, sunt veluti demonstrationes morales. Quare  
cum Diuus Thomas contrarium senserit: male numerum  
cum in suam sententiam pertrahere dicens, quod quād  
Diuus Thomas insinuat non licere est ratione anticipatę  
solutionis, sed inquit Nauarrus alunde, id est alia via, si  
licet quia pecunia præsens magis valet, sed iam subduc-  
timus hoc eius fundamentum.

¶ Quare ad argumentum primum iam diximus, quod  
secluso damno emergenti, & lucro cessante, sicur mu-  
tuanti eo quod mutuando renūiat libertati & iuri, quod  
habebat ad non mutuandum, non ideo licet aliquid ul-  
tra fortem accipere, ita quia in solutione debiti antici-  
pata, est implicitum mutuum ut probavimus secluso dan-  
no emergenti, aut lucro cessanti si ex tali solutione anti-  
cipata, tale non sequatur, non licet anticipate soluenti mu-  
tus soluere, quia ratione mutui remissionem partis repor-  
taret.

¶ Ad secundum argumentum dicimus negando quod  
ius ad rem, sit liquidum, securum, & certum ex se mi-  
nus valeat quam ipsa res, ut chirōgraphum ad mille de-  
bitum,

bitum, si sit securum: pro mille & iuste quidem potest dare & velle dare creditor. Vnde iam mentem legis minus adducte à Nauarro interpretati sumus, quia non militat eius sensus contra nos.

¶ Ad ultimum argumentum dicitur, quod quando nō venditur debitum, sed ius ad debitum, taliter quod periculum recuperandi debitum, emptori relinquitur: quia venditor de hoc securitatem praestare renuit, tunc merito pro tali iure, vt pote periculo minus soluitur, quia minus valet, sed nos loquimur vbi debitum, & ius ad illud est omnino liquidum<sup>1</sup>, certum, securum, facillimumque recuperari: tunc non magis valet debitum, quam ius ad illud. Sed dato oppositum esset verum, secundo dicimus, quod in casu de quo agimus nihil concluderet quia debitor debiti ad annum tenetur ius huius debiti facere certum, quia teneat certo solueret, ergo non potest hoc ius solvendi quod ipse teneat facere certum minoris redimere anticipate soluendo. Hinc sequitur quod male Armilla, <sup>k</sup> cum nostram veram tenuerit sententiam statim oppositum tenendo, eam mutauit, rationes has nos verbo, <sup>vsi</sup> stras parum ponderans, sed exstimo, qui exacte eas pon- <sup>ru. §. 13. 3.</sup> detrauerit, nisi proteruire velit, nostræ sententiae prom- prius subscriberet. 35.

¶ Apagis acerbis sint licite vbi late differit hæc materia, & vbi non solum impugnari, sed & expugnari videtur sententia affirmativa, & vbi agitur de quodam contractu inito ab Imperatore Carolo quinto an liceat talis contractus.

## C A P. L V I I I .

Q Voniā in præcedenti disputatione valde sumus immorati, & non immerito: sed vt detegremus antactus in quos aliquis minus cautus posset impingere, iam nunc ad reliquias materias disceptandas progrediamur, primo ab illa quæstione quasi præcedenti annexa inchoando, de pagis acerbis an sint licitæ. ¶ Igitur de pagis, & scriptis respectu locorum Genua vel aliorum banchorum, an licite & sine usurpa possint emi hic quæntur, exempli gratia, Petrus habet scriptum, vel chirogramnum, quo hinc ad annum recipere potest certum aureos

II. Pars. F. L. Lopez Instr. Consc.

z

super